feria secunda post Dominicā Pa
…udica Quadragesimae px Anno Dni 1651

438

Bielko in Ministerialem Creatus

Ad Officium praesens Castren Capitan Bransken veniens ptr Providus Nicolaus Bielko eidem officio obtulit literas Sacrae Regiae Mtis sibi super officium Ministerialiatus datas Sigillo minoris Cancellariae Regni falcitas ac manu Illustris et Rendissimi Patris Domini Andreae de Lesno Episcopi Culmen et Pomezaniae supremi Regni Cancellarij subscriptas patentes easdem ad inscribendum in Acta praesentia suscipi et Iuramentum per se praestandum attendi ad Cuius affectationem Officium hoc idem eiusmodi literas suscepit et actis inscribi mandavit. Quarum tenor eiusmodi sequitur. Ioannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Mazoviae Samogitiae Livoniae Smolen Czerniechoviaeq nec non Sueccorum Gottorum Vandalorumq Haereditarius Rex. Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis Quia nos Providum Nicolaum Bielko in Mnlem Regni Gnlem Omnium et singulorum Pallatinatuum et Districtuum Regni nostri creandum et constituendum esse duximus prout creamus et Constituimus praesentibus literis nostris Dando et Concedendo eidem plenariam et Omnimodam facultatem et potestatem ut possit et queat Omnia et singula negotia Mnlem Regni Gnlem concernen peragere et exequi Ita tamen ut prius Coram Iudicio seu officio quovis Competenti iuramentum fidelitatis suae iuxta rothamin Statuto descriptam praestet, ab eoq de more tondeatur Quod Omnibus et singulis quorum interest notum esse volumus Mandantes ut eundem postquam praedictum Iuramentum praestiterit et tonsus fuerit pro vero Mnli Regni Gnli agnoscant eundemq Omnia et singula negotia Mnlem Regni Gnlem concernen agere et exequi permittant pro gratia nostra in Cuius Reifidem praesentes Sigillo Regni Communiri Iussimus Datum Varsaviae Die vigesima septima Martij Anno Domini M: D: C: L Regnorum Nostrorum Poloniae secundi Sueciae vero Tertij Anni Rellatio Illustris et Rendissimi in Christo Patris Domini Andreae de Lesno Lesczinski Episcopi Culmen et Pomezaniae supremi Cathedral Ploccen Vicecancellarij Regni Andreas de Lesno Episcopus Culmen et Pomezaniae Vicecancellarius Regni manu ppria Quibus quidem literis Oblatis petijt iuxta obloquentiam iuris Communis et praeinsertarum literarum procedi et exequi Et Officium praesens Castren Capitan Bransken visis literis Sacrae Regiae Mtis manu propria Illustrissimi et Reverendissimi Domini Andreae de Lesno Episcopi Culmen et Pomezaniae Vicecancellarij Regni subscriptas

Subscriptas et Sigillo minoris Cancellariae Regni obsignatas in nullo suspectas
easdem ad executionem deducendam iuramentum fidelitatis super hocidem officium
4865 ab eodem Nicolao Bielko iuxta rotham in Statuto Regni descriptam ipso verbo ad
verbum officiose pronunciatam solenni in forma et observata solennitate iuramen-
torum praestitum suscepit ac de more et consuetudine ipsi praemissa admonitione
respectu fidelitatis totundit et ad obeundum officium hocidem Ministerialis Legitimum
authenticum personam aptam et idoneam fecit ac toti Nobilitati ad terras que-
relani ac Castrani officio Capitanei Castrensis Branscensis Congregatis ac cui praeesset
Ministerialis Regni Generalis illi Benedicto Lufzenski publicare mandavit Quiquidem
Ministerialis officiatus suis deputationi referens coram eodem officio pro stante sua
Recognovit ipsum Nicolaum Bielko esse verum et legitimum Ministerialem Regni Generalem
a Sacra Regia Maiestate Privilegiatum eumque iuratum et consultum ut omnes illum
pro legitimo Ministeriali habeant in praesentia multorum Nobilium pro tunc congregatorum
et variae Conditionis hominum publice esse proclamasse et notitiis debitis deduxisse
de quo eiusmodi Relationem fidelem ad Acta praesentia fecit.

Szymczik Creatus in Ministerialem

Ad Officium praesens Castrense Capitanei Branscensis veniens pro[videns] Providus Valenti-
nus Szymczik eidem officio obtulit literas Sacrae Regiae Maiestatis sibi super officium
Ministerialatus datas Sigillo minoris Cancellariae Regni Fidelitatis ac ma-
nu Illustrissimi Domini Hieronimi a Radziejow Radziejowski Vice Cancellarii
Regni subscriptas petens easdem ad inscribendum in Acta praesentia suscipi
et iuramentum per se praestandum attendi ad cuius affectationem Officium hoc
idem eiusmodi literas suscepit et Actis praesentibus mandavit Quarum tenor
eiusmodi sequitur Ioannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus
Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniae Smolensciae Czer-
nichoviaeque nec non Suecorum Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex Signi-
ficamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis Quia
Nos Providum Valentinum Szymczik in Ministerialem Regni Generalem Omnium Pa-
latinatuum Singulorumque Districtuum Regni nostri creandum et Constitu-
endum esse duximus uti quidem creamus et Constituimus per praesentes
Concedentes illi plenam et omnimodam facultatem Omnia Ministerialium Regni
Generalium officia Concernentia agendi et exequendi Ita tamen ut coram
Iudicio seu officio quovis competenti iuramentum fidelitatis suae iuxta
rotham in Statuto descriptam praestet ab eoque de more tondeatur. Quod
Omnibus quorum interest praesertim vero officiis quibusvis Castrensibus notum
esse volentes eisdem mandamus ut eundem postquam iuramentum fi-
delitatis